


**Regiae Academiae Kiloniensis Prorector Cancellarius Et Senatus Civibus Suis :  
[P. P. Kiliae. Sub Sigillo Academiae maiori, die Imo Octobris MDCCLXXXV.]**

[Kiel], [MDCCLXXXV.]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1727343484>

Druck Freier  Zugang



Kiel

1701.

II. II. 2.

550.



Df II 2  
1550



REGIAE  
ACADEMIAE KILONIENSIS  
PRORECTOR  
CANCELLARIUS ET SENATUS  
CIVIBUS SVIS.

**Q**ui munus publicum idemque civile obeundo  
olim rei publicae prodesse cupiunt litterarum  
studiosi tantum abest vt in ipso bonarum artium &  
litterarum sacrarii limine subsistant, vt potius in in-  
tima eius adyta penetrare eos oporteat. Habent  
profecto omnes, quae ad salutem publicam spe-  
ctant, disciplinae commune quoddam inter se vin-  
culum, ita quidem vt altera alterius opem poscat  
& omnes omnino amice conspirent. Quam ob  
rem vt, quam istiusmodi laudabili studio litteris im-  
penderunt, diligentiam testatam faciant ciues no-  
stri indigenae, qui munere publico eodemque civili  
exornari exoptant, Regi nostro Augustissimo pla-  
cet, cuius iussu examen academicum emenso vitae  
acade-



academicae studio illis subeundum eum praesertim  
in finem iam indicimus, vt qui hoc ipso tempore  
inter nos degitis, Ciues Carissimi, omnem in poste-  
rum litterarum studiis operam nauandi methodum  
huic potissimum proposito accommodetis, eo qui-  
dem consilio, vt, quae ad muneris cuiuscunque pu-  
blici ciuilis rite exsequendi rationem spectant, do-  
ctrinas, quales illas praelectionibus publicis priua-  
tisque vobis explicamus vel explicanda offerre so-  
lemus, sedulo audiatis, nullam earum insuper ha-  
bentes. Doctrinae autem quarum, praeter omne  
quod iuris scientiam exhaurire vulgo existimatur  
doctrinarum genus, in examine isto ratio habenda  
est, ex summo eoque sapientissimo Regis arbitrio  
sunt omnes quae a Professoribus Ordinis Philoso-  
phici illustrari solent, Philosophia tam theoretica  
quam practica, Historia catholica seu vniuersalis,  
Historia primariarum Europae ciuitatum, Historia  
patriae, Historia imperii Romano-Germanici, Sta-  
tistica, Mathesis pura & applicata, Doctrinae ca-  
merales, quas vocant, & oeconomicae, artes ele-  
gantiores, praesertim quarum ope iuuenes littera-  
rum studiosi sensa mentis accurate & polite dicen-  
do scribendoque exprimere discunt. Praecipue lu-  
ris



ris studiosi ius publicum familiarissimum sibi red-  
dant non particulare solum verum etiam vniuersale  
aeque ac ius gentium & quicquid doctrinarum cu-  
iusuis muneris publici in dicasteriis & collegiis pro-  
vinciarum Regia auctoritate constitutis subeundi  
caussa vel omnino necessarium vel apprime utile  
est, quorsum spectant Historia iuris, ars interpre-  
tandi leges, quam Hermeneuticam iuris vocant, ius  
feudale, Processus imperii romano germanici, Phy-  
sica etiam & Historia naturalis, cet. Etenim ne-  
mo, nisi superato hoc examine academico, ad exa-  
mina supremi dicasterii vel Slesuicensis vel Glück-  
stadiensis admittendus est. Quemadmodum Plato  
scholae, quam in Academia habuit, philosophicae  
inscripsit: nemo Geometriae ignarus accedat, ita  
Rex noster Augustissimus nemini sacra Themidis  
adeunda esse existimat, nisi omnibus illis doctrinis  
erudito, sine quibus iuris studium, vulgaris opificii  
instar, scientiae nomen tueri non potest.

His instructi praesidiis quum habeant non so-  
lum quo vitam commode sustentare valent, verum  
etiam quo viam sibi pandunt ad honores amplissi-  
mos, & quod longe maius & praestantius est, Su-  
premi



premi Numinis gloriam celebrare, generis humani salutem amplificare, suamque sibimetipsis hac ipsa re tam in hac mortali vita quam in altera illa immortali felicitatem, famamque post fata perennem asserere possunt, persuasum habemus, Ciues Carissimi, quae vobis iussu Regio ita commendamus, vos non solum propter reuerentiam summae Regiae voluntati debitam, verum etiam salutis vestrae, patriae & generis humani causa ultro facturos esse.

P. P. Kiliae. Sub Sigillo Academiae maiori,  
die 1. Octobris clolcccLxxxv.



I. N. Tetens.

h. t. Prorektor.

D. F. C. Iensen.

loco Syndici.



A. Bode  
Buchbinderei  
Schwerin i. M.




Landesbibliothek  
Mecklenburg-Vorpommern  
Günther Uecker

[http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1727343484/phys\\_0007](http://purl.uni-rostock.de/rostdok/ppn1727343484/phys_0007)









ris studiosi ius publicum familiarissimum sibi red-  
dant non particulare solum verum etiam vniuersale  
aeque ac ius gentium & quicquid doctrinarum cu-  
iusuis muneris publici in dicasteriis & collegiis pro-  
vinciarum Regia auctoritate constitutis subeundi  
caussa vel omnino necessarium vel apprime vtile  
est, quorsum spectant Historia iuris, ars interpre-  
tandi leges, quam Hermeneuticam iuris vocant, ius  
feudale, Processus imperii romano germanici, Phy-  
sica etiam & Historia naturalis, cet. Etenim ne-  
mo, nisi superato hoc examine academico, ad exa-  
mina supremi dicasterii vel Slesuicensis vel Glück-  
stadiensis admittendus est. Quemadmodum Plato  
scholae, quam in Academia habuit, philosophicae  
inscripsit: nemo Geometriae ignarus accedat, ita  
Rex noster Augustissimus nemini sacra Themidis  
adeunda esse existimat, nisi omnibus illis doctrinis  
erudito, sine quibus iuris studium, vulgaris opificii  
instar, scientiae nomen tueri non potest.

His instructi praesidiis quum habeant non so-  
lum quo vitam commodè sustentare valent, verum  
etiam quo viam sibi pandunt ad honores amplissi-  
mos, & quod longe maius & praestantius est, Su-  
premi

